



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatus De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

29. Quid sit de illorum, qui vngunt tantum vnum oculum, vnam aurem, & sic de reliquis sensuum organis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

præfati Doctores aperte testantur, & de di-  
œcesi Leodiensi nobis manifestum est.

QVÆSTIO XXIX.

*Quid sit de illorum, qui vngunt tantum v-  
num oculum, vnam aurem, & sic  
de reliquis sensuum or-  
ganis?*

Quæstionis explicatio.

**P**ARochialia nostratia monent pastores  
vt in vncionibus faciendis primo dex-  
trum oculum, deinde sinistrum inungant,  
& sic in reliquis organis sensuum. Et ordi-  
narie ita consuevit fieri. Huius occasione  
quæritur, an in casu pestis hic etiam modus  
& ritus ministrandi obseruari debeat, an v.  
tolerari possit, vt tantum vnum cuiuslibet  
sensus organum inungatur?

*Responsio.*

**T**olerari potest: Quamuis enim comu-  
niter inungatur vtrumq;, ac seclusa ne-  
cessitate ita faciendum sit propter (a) con-  
suetudinem Ecclesiæ, tamen non est de es-  
sentia sacramenti: in vna enim parte orga-  
ni (licet virtus eius in pluribus vigeat) suffi-  
cienter significatur vncio talis sensus.

*a Parochial.  
omnia nostr.*

Ff 3 Dices:

Dices. Erit perinde, quam partem inungat?

R. Erit, tum propter rationem iam dictam, quia saluatur ratio vntionis, etiam si qualiscunque fiat, dummodo veram rationem vntionis seruet, iuxta communem loquendi morem; tum quia ordo non est de essentia, vt ante dixim<sup>9</sup>, sed sola vntio. Sufficit ergo illam ad vnum qualecunque organum ob necessitatem adhibere, maxime quādo peste infectus non potest commode in alteram partem corporis conuerti, nisi tum illius tum ministrantis periculo.

### Q V Æ S T I O X X X.

*Quid sit de illorum, qui vngunt tantum organum magis ad vntionem expositum, hoc pacto forma recitando: Per istam sanctam vntionem, & suam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quicquid deliquisti per visum, auditum, odoratum, gustum, tactum, & gressum?*

Quæstionis explicatio,

**F**REQUENS est, vt peste infecti non possint recipere nisi vnam vel duas vntiones, vel quia nimis sunt proximi morti, vel